


TRACTATUS D. PE-
TRI ANTONII DE PE-
TRA PLACENTINI,
DE POTESTATE PRINCI-
PIS, ET INFERIORVM AB EO;
PRÆCIPVE CIRCA MATE-
riam Iuris Tertio quaesiti tollendi:

Opus utile admodum, & necessarium.

Præfatio Authoris intentionem indicans.

S V M M A R I V M.

1. Alii nostri regulantur à voluntate, potestate, & scientia, quorum aliquid si absit, nihil est quod explicari queat.
2. Actuum omnium humanorū effectus consistit in iuris autoritate, & Domini voluntate.
3. Concessio Principis intelligitur eatenus, quatenus sua potestati extenditur, & nō vltra.
4. Effectus omnium rerum intentionalium consistit in voluntate, & potestate.
5. Voluntas, potestas, & modus integrant omnes actus nostros humanos.



QUONIAM materiam iuris quaesiti per Principem auferendi assumplimus pertractandam, quæ quidē apud istos Dominos utilis est, & quotidiana, licet Uern. de quo etiam meminit Afflict. in ca. unico, in vers. sumina, ad si. qua. sint. regal. dicat, quod inuestigare, an Princeps possit alterare iustitiam cum causa, vel sine, est parum utile,

quia Principes disponunt sicut volunt, nec est qui eis dicat, cur ita faciāt: id quod est omnino à vero alienum in facto, & in iure, loquendo de iustis Principibus, ut infra dicemus.

Breuitati igitur in quantum possum studeo, exilimo in primis adherendum esse verissime Peripateticorum Philosophorum conclusioni, quam in omni negotio presidentem constituunt, quæ habet, quod omnes actus nostri regulantur & perficiuntur à voluntate, potestate, & scientia; quorum aliquid si absit, nihil est quod explicari queat: ista fuit sententia Aristotelis, quem refert & sequitur Bal. in l. cum testamentum. C. de iur. & fact. ignoran. & probatur in c. cum super. de offic. deleg. cum concord. ut per Dec. consi. 231. sub nu. 2. quæ quidem in iure nostro passim recepta est. l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi. c. cum super. de offic. deleg. ubi omnes not. Barba. consi. 13. nu. 22. vol. 2. Euerard. consi. 88. col. 1. quamuis Bal. alibi in l. cum ro. ante nu. 1. C. de dona. ante nup. dicat, quod duo sunt, in quib. omnium actuum humanorum

consistit



- legitimo, non valet, nec pactum iuratum de super emanatum, & assignatur ratio.
- 21 Princeps non potest usuras permittere, etiam si propter bonum publicum id agere contendat, & assertur ratio.
- 22 Promissio de instituendo aliquem heredem, est nulla, quia contra bonos mores.
- 23 Moribus bonis inimicum est, quod Princeps rescindat bene ordinata per eum, vel suos precessores.
- 24 Conditiones turpes non possunt dici potestatiua.
- 25 Promissiones & dispositiones causantes votum captanda mortis de facili, non valent sine magna causa.
- 26 Pralati in arduis tenentur consilium Capituli requirere.
- 27 Reseruaciones regressuum & omnium fructuum in beneficialibus quare sint prohibita.
- 28 Remissio doli vel fraudis de futuro, nec per legem, nec per principem fieri potest.
- 29 Princeps non potest etiam de potestate absoluta in perplexitate, vel contradictione secum dispensare.
- 30 Principi non licet contrauenire factis suo quod in contractum fuit deductum.
- 31 Exceptione & nullitate remota, non censetur remota exceptio perplexitatis & contrarietatis, repugnantia enim impossibilia dicuntur.
- 32 Impossibile de iure dicitur quicquid de iure est prohibitum.
- 33 Ius Naturale, Gentium, Diuinum, Civile seu positium differunt.
- 34 Ius naturale duplex, & ex Archid. & D. Thoma triplex, ibi qua de singulis.
- 35 Instinctus omnis communis omnium animalium dicitur ius naturale, idque per exempla discurretur.
- 36 Concubinitus erat licitus de iure naturali communi omnibus animantibus, idem in vxorum pluralitate. ex Io. de Turr. crem.
- 37 Ius naturale hominibus proprium, ius gentium appellatum quid sit, & quid secundum illud antiquitus hominibus conueniebat.
- 38 Contractus sunt iuris gentium secundum naturalem equitatem. ex Bart.
- 39 Vim ac iniuriam propulsare cum moderamine inculcata tutela edoceri sumus naturali iure gentium.
- 40 Ius naturale largo modo sumptum dicitur omnis ratio & equitas, sine instinctus natura ex ratione proveniens, quod inspiratum vocatur, ex Archid.
- 41 Legatorum praestadorum materia naturalem quandam equitatem habet.
- 42 Ratio naturalis, & ius naturale differunt, & ex diametro repugnant, danturque exempla.
- 43 Educatio parentum ex accidenti procedit, & non est de iure naturali, licet sit secundum rationem naturalem. ex Bart.
- 44 Ius gentium largo modo potest dici ius naturale, quasi sit naturali ratione inductum. ex Abb.
- 45 Ius gentium ante legem scriptam fuit, & est a lege natura, ex Aristotel. & ex aliis declaratur.
- 46 Concubinitus de iure naturali gentium tenetur illicitus, & assignatur ratio. ex Io. de Tur. crem.
- 47 Ius naturale Diuinum est quod in lege antiqua, & Euangelio continetur. ex Io. de Tur. cremata, ibique declaratur.
- 48 Ius Diuinum nullo pacto naturale dici potest, nisi largissime, & improprie loquendo ex D. Thoma, & Archid. & datur ratio.
- 49 Lex omnis & sanctio iusta ius naturale largissime dici potest, & assertur ratio.
- 50 Ius gentium largo modo naturale dicitur, est quod naturalis ratio constituit obseruandum quo ad omnes gentes, quia omnes gentes eo vtuntur.
- 51 Meum & tuum, & alia corruptentia ius naturale primarium, vnde ortum habuerint.
- 52 Viri & vxoris legitima coniunctio, vnde ortum habuerit.
- 53 Ius diuinum est, quod in lege veteri, noua, iure canonico, ecclesiastico continetur. ex Arch. & aliis.
- 54 Ius canonicum qua ratione diuinum appellatur.

- pelletur. ex Anhar.
- 55 Concubinarus non est licitus de iure canonico. ex Doct.
- 56 Ius civile seu positivum quale dicatur.
- 57 Impossibilia dicuntur de iure civili positivo ea, que contra bonos mores sunt.
- 58 Impossibilia dicuntur largo modo de iure, que a voluntate & facto Principis pendent, propter nimiam difficultatem eū adeundi, & ab eo impetrandi quod petitur. Declaratur nu. 59.
- 60 Impedimentum quod facile potest removeri, non est iustum & excusabile, quāvis in eius remotione requiratur auctoritas superioris.
- 61 Impossibilia de iure dicuntur ea, qua sunt valde difficilia.
- 62 Potestas absoluta principis, que & violēta dicitur, iuri positivo nō est subiecta.
- 63 Princeps potest de plenitudine potestatis aliquid iniustum de iure positivo decernere. ex Bal. & adducitur ratio.
- 64 Princeps potest de absoluta potestate, vel ex certa sciētia tollere ea, que sunt iuris positivi. ex Inn. & alii.
- 65 Testamentum Principis valet sine vlla solemnitate.
- 66 Donatio, que facta filio in potestate, non valet inter priuatos, sustinetur in Principe.
- 67 Princeps potest etiam sine causa uti potestate absoluta in his, in quibus nemini iniuriam, vel praiudicium facit.
- 68 Princeps potest tollere ea, que sunt de iure civili, dummodo hoc faciat ex certa sciētia.
- 69 Principis potestas in his que sunt iuris positivi tanta est, ut facta possint haberi pro infectis qua ad omnem iuris effectum, cum declarat. nu. 70.
- 71 Princeps in his que sunt iuris positivi non potest sine causa praiudicare tertio, secundum terminos honestatis, & datur ratio.
- 72 Posse non dicitur quod cum honestate nō possumus.
- 73 Princeps potest etiam sine causa derogare iuri positivo iurato.
- 74 Princeps est solutus legibus quantum ad necessitatem personam illius respicientem: secus autē respectu necessitatis respicientis rem, & negotia que concernunt iustitiam.
- 75 Potestas Imperatoris de iure subiecta est iuri naturali, gentium, & diuino, & quare contra hac venire non possit, nu. 76. & 77.
- 78 Princeps de plenitudine potestatis non potest nequam tollere ea, que sunt iuris naturalis, vel gentium, sed nec etiam disponere contra ea, que sunt iuris civilis, & positivi, nisi sciam quid statuēdo, aut disponēdo, ubi ius civile, & positivum continet in se naturalem aequitatem.
- 79 Naturali ratione submixta debent perpetuo intacta & illibata custodiri.
- 80 Lex positiva ubi est fundata in aliqua ratione descendente à iure diuino, vel à dictamine rationis mere naturalis, non potest Princeps contra eam disponere, nisi ex causa. ex Felin.
- 81 Princeps obligatus est legi positiva, & dictamini rationis naturalis, ut creatura rationalis.
- 82 Princeps potest civilia iura tollere quando vult, dummodo non offendat legem Dei, vel naturalem. ex Iser.
- 83 Lex fundata naturali ratione equiparatur iuri naturali.
- 84 Potestas Principis sine causa, infirma est, etiam in his que sunt super bono publico principaliter fundata, quantum ad forum poli.
- 85 Princeps potest ex causa iuri naturali, gentium, & diuino, non in totum, sed in parte derogare.
- 86 Papa potest arbitrio suo derogare iuri diuino ceremoniali.

CAPIO nunc tertiam principalem dubitationem, in qua queritur, an alicui legi subiecta sit potestas & auctoritas Principis.

In qua pramitto, quod licet generaliter multi putauerint in aiestatem Regiā, vel Imperatoriam, † nullis terminis esse
limita-

I N D E X.

- an donet. ex Bart.* c. 4. n. 37
- Voluntas sola habetur pro causa in Principe in his quae sunt iuris positivi.* c. 32. q. 4. n. 22
- Voluntas sola sufficit pro causa in Principe in materia dispensationis.* c. 32. q. 8. p. n. 9
- Voluntas, potestas, & modus integrant omnes actus nostros humanos.* in praes. n. 5
- Voluntas sola, & solus motus animi Principis habetur pro iusta causa.* c. 32. q. 8. p. n. 10
- Voluntas duplex, absoluta scilicet, & regulata.* c. 1. nu. 8
- Voluntates ultimas solus Papa immutare, & alterare potest.* c. 17. n. 3
- Voluntates ultimas quis alterare possit, & quis non.* c. 8. n. 20
- Votum continentia iam ex parte absolutum an Papa dispensare possit. & an tale votum ex causa recipiat dispensationem, & n. 50.* c. 37. n. 49
- Vsucapio dicitur praesidium impium, & fraternizat cum praescriptione.* c. 25. n. 30
- Vsucapio tollit dominium alienum contra ius naturale.* c. 24. n. 156
- Vsucapiones introducta fuerunt propter publicum bonum.* c. 32. q. 4. n. 11
- Vsura iure naturali & diuino prohibita sunt, & an Princeps possit eas permittere.* cap. 24. n. 162
- Vsura non possunt ultra legitimum modum in stipulationem deduci.* c. 24. n. 187
- Vsufuctus est indivisibilis postquam est constitutus, & quo ad constitutum, secus in ipsa constitutione.* c. 18. n. 72
- Vsufuctus respectu materia dicitur de iure gentium, & assignatur ratio.* c. 28. n. 26
- Vtilitas publica consistit in conseruatione diuitiarum in agnatione.* c. 32. q. 5. n. 38
- Vtilitas publica cuiuscunque privilegio praeferenda est.* c. 32. q. 5. n. 29
- Vtilitas publica dicitur iusta causa laedendi & auferendi ius tertij.* c. 32. q. 4. n. 5
- Vtilitas vel necessitas publica principaliter, vel secundario qua d. catur remissive.* cap. 32. q. 4. n. 59
- Vtilitatis publicae ratione multa contra iuris regulas inducta sunt.* c. 11. n. 5
- Vtilitatis publicae fauor quantus sit.* cap. 32. quest. 4. num. 12.

F I N I S.

FRANCOFVRTI AD MOENVVM, EX
OFFICINA TYPOGRAPHICA MATTHÆI
Beckeri, impensis viduæ Pauli Steinmeiers, &
Wolfgangi-Theodorici Cæsaris.

ANNO M. D. C.